~~(RA 1278 D n. 31 f. 130a bis 131a)~~ ~~(8)~~

152

precium, quod pro sale, quod curie nostre remaneret,[a3] solve-
sent, si precium huiusmodi per eos de pecunia eorum pro-
pria constaret fuisse solutum, ad illam racionem, ad quam
sal emi per curiam consuevit[7] in partibus ipsis iuxta statu-
tum curie tempore dicti quondam imperatoris servatum, de
quo sufficienter et legitime curie nostre constaret, habitis
inter excellenciam nostram et eosdem iudicem Peregrinum
et socios de locacione ipsius secrecie et iurium et proven-
tuum salis eis facta pro predicto presenti anno VI. indic-
tionis pactis et condicionibus infrascriptis, sicut habita
fuerunt inter predictum principem pro parte curie nostre
et predictos olim secretos anni predicte V. indictionis
de predicta secrecia eis concessa et sicut in scripto pacti,
quod factum fuit eis de concessione cabelle ipsius secrecie
et salis sub sigillo nostro districte et apercius notata
fuerunt et in registris nostre curie continentur, videlicet:

[1.] quod fiet ipsis iudici Peregrino et sociis illud ex-
computum, quod fieret[b4] predictis olim secretis anni pre-
dicti V. indictionis, de omnibus, de quibus iuxta tenorem
pacti eisdem secretis anni V. indictionis facti de secrecia
ipsa sub predicto sigillo capitanie per principem supradic-
tum excomputum fieri debebat.

[2] et fieret eis similiter excomputum de hiis, que
de mandato nostro concederentur personis aliquibus infra
tempus cabelle eorum de meris iuribus et proventibus
dicte secrecie eiusdem anni VI. indictionis, sicut moris
est et visum fuerit.

[3] et si aliquas immunitates aliquibus commu-

a[3]) Reg. remanere   b[4]) Reg. sch. undeutlich